Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31247
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Non quem fecit manus hominum sed qui
fecisti manus homini simulachra gentium
argentum et aurum opa manuum hominum Non
sic operator hominum Omnes dii gentium demonia·
dominus autem celos fecit dominus ipse est deus
dii qui non fecerunt celum et terram pereant de celo et
de terra Deus qui creavit celum et terram benedicant eum
celi et terra Quis similis tibi in dis domine quis
similis tibi magnificus in sanctitate terribilis ac
laudabilis et faciens mirabilia Sero cognovi
te lumen vere sero cognovi te Erat autem nubes
magna et tenebrosa ante oculos vanitatis mee
ita ut videre non possem solem iustitie et lumen
veritatis Involvebar in tenebris filius tenebra
rum tenebras amabam quia lumen non cog
noscebam deus enim veritatem amabam et te
nebras ad tenebras ambulabam Quis me de
me eduxit nisi tu Ecce homo deus in tenebras
et umbra mortis quis accepit manum meam
ut inde educet me Quis est illuminator mis
non quebam enim ipse quesivi me non invo
cabam enim ipse vocavit me quis est ille Tu do
mine deus misericors et miserator pater mise
ricordiarum et deus totius gratie agens nomini tuo·
non te querebam tu me quesivisti non te invo
cabam tu me invocasti vocasti me nomine tuo·
Intonasti desiv voce grandi in interiorem autem
cordis mei fiat lux et facta est lux et discessit nubes
magna et liquefacta est nubes tenebrosa que oper
uerat oculos meos et vidi lucem tuam et cogno
vi vocem tuam et dixi vere domine tu es deus·
et eduxisti me de tenebris et umbra mortis et vocas
ti me Quam admirabile est nomen tuum·et